

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Superbia ax cum fonte primo

Cetera uicia solas illas uirtutes impetunt quibus ipsa destruuntur, ut luxuria pudiciciam, ira pacienciam; sola uero superbia contra cunctas animi uirtutes se erigit, et quasi generalis ac pestifer morbus omnes corruptit.

Signa autem superbie hec sunt: clamor in locucione, amaritudo in silencio, dissolutio in hilaritate, furor in tristitia, honestas in ymagine, dishonestas in actione, rancor in reprehensione.

Hugo ibidem (de anima) libro II.

Caetera vitia solas illas virtutes impetunt, quibus ipsa destruuntur; ut luxuria pudicitiam, ira patientiam: sola vero superbia contra cunctas animi virtutes se erigit, et quasi generalis ac pestifer morbus omnes corruptit.

Idcirco nisi omnia opera nostra humilitas praecesserit, comitata et consecuta fuerit; proposita quam intueamur; apposita cui adhaereamus; interposita qua reprimamur: totum de manu extorquet superbia. Quantalibet sit justitia operis, apud internum judicem nulla est, si hanc elevat tumor mentis. Perit revera omne quod agitur, si non sollicite in humilitate custodiatur.

Signa superbiae haec sunt: clamor in locucione, amaritudo in silentio, dissolutio in hilaritate, furor in tristitia, honestas in imagine, dishonestas in actione, rancor in reprehensione.

Pseudo-Bernardus Claraeuallensis,
Tractatus de interiori domo, 23 (PL 184, col.533A).